

Aurelij Daud

SAVII IVRECONS.

ET FISCO ADVOCATI IN

regia patria Astensi clarissimi in

Pandectarum Titulum de

verb. & re. signifi. Tra-

ctatus Isagogicus.

*Eiusdem Annotationes super Rub. ipsa de
verb. & rer. signifi.*



LUGDVNI,
SVB SCVTO BASILIENSI

Cum Gratia & Priuilegio. 1546

ILLVSTRISSIMO

DOMINO PAULO THER-

meni Serenissimi Galliarum Regis

Vicario in Italia generali.

Aur. David Savius.

S. D. P.



gentibus, his horridis atq; Im-
manibus Bellis princeps illustris-
sime, quæ per in hac Cismõtana
patria: omnia propemodũ euer-
sa, incensa, dirutaue fuerunt: &
quod scribere uolẽtẽ doloris ue-
hemẽtia præpedit, tam crudelis,
ne dicam, insanabilis plaga sacra-
rum legum professoribus, disciplinarumq; et uirtutis ama-
toribus, influcta est: quò uix acerbior irrogata fuerit, olim
Roma à Gallis capta, quo tẽpore omnes fermẽ bonæ literæ
oppressæ, atque extinctæ fuerunt. Etsi, in tanta rerũ om-
nium perturbatione, in tot armorũ strepitibus, impossibile
esset commodè se studijs literarijs applicare, quæ, teste Na-
sone, quim ipsa experientia rerum magistra secessum anti-
miq; tràquillitatẽ exposcunt. Attamẽ horis minus infestis,
(Singulæ enim suam caliginem afferebant,) in pandectarum
titulum de urb. & rer. sig. præludia quædam siue ma-
uis tractatum Isagogicum cõscripsi: necnon Commentarios
ad iura sub eodem titulo contenta, & quam equidem iuris
partẽ selegi, nõ quia sim opinatus ab Andr. Alcia. quæquã
omissum minus diligenter plene uẽ enucleatum, cum uir om-
nibus literarijs dotibus præditus, & ad summũ nedũ le-
galis

4209 (5)

614552449

Epitome Capituli primi.

- 1 Verba instrumenta esse quibus res significantur,
- 2 Voces passionis animi notas esse.
- 3 Rei appellatio latissimè patet, & sub ea passionis animi, quin decem rerum principia continentur:
- 4 Principia rerum à philosophis prædicamēta appellata: quot & quæ sint.
- 5 Passiones animi sub quo prædicamēto contineantur.
- 6 Vocabula siue Verba an plura sint, quam negotia.
- 7 Res speciale nomen non habens, an incognita maneat.
- 8 Innominatam Rem esse dupliciter intelligi potest.
- 9 Intellectus hominis quanta sit ius.
- 10 Verba aliqua esse quorum significata in rerum natura non extant.
- 11 Vocabula propria si deficiant, noua licet inducere, uel ad translationes recurrere
- 12 Nomen & uerbum an idem sint, uel inter se differant?
- 13 Verbum nõ simpliciter sumitur, & an differat à nomine?
- 14 Dictio quid sit, locutio quid?
- 15 Appellatio & Vocabulum an idem polleant.

Quid sint verba.

CAPVT I.



Lato in Cratylo. Verba diffinit instrumenta quibus res significatur, siue quibus res nominatas ab alijs discernimus, qua sanè diffinitione, pro
comp